

1978

M

434
(5)

Jan. Fr. Müllerei
Kochbuch

B
Unschlitt
868.



B. h. 868.



at Km

2. 11. 1897



NATALI DIE
PERILLVSTRIS
ATQVE
EXCELLENTISSIMI
DOMINI
ANTONII FRIDERICI
DE BEVLWIZ,
DYNASTAE ROTLEBIAE,
EICHICHT, LOEHMAE, MÜNSCHWIZ
CET.

SERENISS. PRINCIPI S^{CHWARZBURG.} RVDOL-
STAD. A CONSILII INTIMIS, CANCELLARII SPLEN-
DIDISSIMI, PRAESIDIS AC DIRECTORIS CONSILIORVM PV-
BLICORVM GRAVISSIMI, ITEMQVE HERINGENSIS ET
STRAVSBERGENSIS DIOECETAE MVLTO
SPECTABILIS CET.

D. XXIX. IANVAR. MDCCXLII.
PROSPERE FELICITERQVE REDEVNTE,
PIE CONGRATVLATVRVS

ROTLIBIAM SACRAM

PRAEFATVR

IOANNES FRIDERICVS MÜLDENER,
ADVOCATVS S^{CHWARZBURG.}

FRANCOVSAE,
LITTERIS KEILIANIS.

Ioannes Fridericus Müldener

ANTONI RUDERICI
D O M I N I
EXCELLENTISSIMI
PENSIVARIS
NATALI DIE

Ovidius.

Et pius est patriae facta referre labor.



Kapsel 78 M 434 [5]

AK



V I R

PERILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIME,
MECOENAS PIE SEMPER COLENDE,



uum pium sit ac religiosum, in laudes ire patriae eiusque commendationem, lubentissime, fateor, gratum huncce in me semper suscepi laborem, quotiescunque modo naturali huic officio satisfaciendi suppeditata fuerit occasio: Nec haec deficit quidem: at nullus fere per totum annum conuenientior extat dies, et qui animum uiresque stimulare magis ad illustranda facta patriae, quam *dies Tuus natalis, Mecoenas aeternum uenerande*; Est enim iste dies, qui ipsam patriam nostram celebrem reddit, et dignus omnino, qui a posteritate grata sanctus semper habeatur. Vnde fit quoque, ut impatiens fere desideratissimam hanc lucem per annum expectem, certe persuasus, TIBI me nullo unquam tempore meam erga TE pietatem ac religionem animi demonstrare melius posse, quam auspiciatissimis natalitiis hisce festis. Testatum id et compertum mihi habeo. Primitias antiquitatum meas bene clementerque accepisti. Accessit inde animus, spemque concepi firmam, fore, ut et
)(2 prae-

praesentes conatus haud ingrati TIBI sint futuri. Quod uero in eruendis antiquitatibus Rotlebiensibus hic maxime defudo, eumque in finem de patronis ecclesiae ibidem, uillisque destructis, illam uersus olim fitis, iam uerba feci, apud me nunc constitui, prius quam preces et uota fundo, *seriem Pastorum Rotlebiensium haud interruptam, nec minus singularia quaedam ad istorum uitas moresque, aliaque ad statum sacrum pertinentia*, si pacè TVA liceat, praefari.

Quum uero hic maxime breuitatis ratio sit habenda, uel duobus tantum uerbis de statu ante reformationem dicam. In memoriam itaque reuocanda sunt ista, quae de iure patronatus huius ecclesiae fusius alibi documentorum fide probaui: ex quibus luculenter constat, sacra olim Rotlebiae a plebanis, ui iuris patronatus, à Monialibus Francohuſanis ibi constitutis, administrata fuisse et *Conradum* quendam hoc munere ao. 1319. functum esse. Quomodo uero! ex corruptissimo ecclesiae ante reformationem statu omnino iudicari potest. Miserrima erat tunc ecclesiae facies, et hinc sane non mirandum, quod multi repurgationem longe ante praedixerint, plures anxie exoptauerint. conf. Seckendorff. histor. Luther. Sect. I. §. 2. addit 1. seq. Insequatur tandem felicissima uerbi diuini restitutio, disciplinae morumque emendatio. Et licet sub initium statim reformationis ad nos quoque lux ueritatis penetrauerit, non prius tamen ad uisitationem processum est, quam
Gun-

Guntherus Comes Schvvarzburgicus e uita discesserat. Tunc enim Filius eius Henricus, qui, patre adhuc uiuente, iam concionatorem habuerat Euangelicum, illam strenue ao. 1533. mandauit. Incredibile uero dictu est, inquit Seckendorff. c. l. L. III. §. XXV. addit. III. f., quanta turpitude cum summa ignorantia coniuncta in pastoribus Schvvarzburgicis superioris Comitatus reperia fuerit. Concubinas plerique sine omni pudore alebant, uitamque degebant cauponibus potius quam sacerdotibus conuenientem. Sed ita tunc erant tempora: et hinc apud nos quoque reformatione fuit opus, quae ao. 1536. ad finem feliciter est perducta: Atque ab eo tempore et Rotlebiae pastores reperimus Euangelicos, quorum omnium primus, testantibus fastis ecclesiasticis, heic loci fuit

I.) *Johannes Schierbock*, de quo uero, praeter nomen, maiores nostri memoriae prodiderunt nihil: filium tamen habuit degenerem

II.) *Egidium Schierbock*, pastorem antea Gellingensem, post patris uero mortem ad pastorem Rotlebiensem uocatum, cuius tamen nec in fastis ecclesiasticis, nec in sacello diruto, in cuius pariete pastorum nomina erant adscripta, ulla iniicitur mentio, et recte quidem; indignus enim, qui in pastorum numerum referatur. Homo fuit rixofus, uarius in omni genere uitae, factiosus et in res nouas semper audius. Ex pastore fit lupus, raptor ac latro. Publicum se declarauit

Nordhufanorum inimicum, literasque suas, uti ex actis publicis sum edoctus, subscripsit ita:

Egidius Schierbock, *weiland gewesener Pfarrer zu Gellingen und Rottleben, im Schwarzburgischen Gräflichen Ambt Franckenhausen itzo dselbst, und der Northäufischen öffentlicher abgefagter Feindt.*

Obsidet itaque uias, spoliat eiusdem urbis ciues, latrocinia exercet, nouasque cum adfoclis semper meditatur uexationes; quod sane mirandum, quum saeculi ratio paxque profana diffidationes amplius haud pateretur. Iustas uero scelerum luit poenas. Ab officio remotus Joh. Sanderi domum Francohusi mercede conductam cum liberis incolit. Nouis tamen iterum rebus studet. Mandatarium se fingit Thomae Reichardi, qui contra uillae Bottendorffii incolas, ob debitum quoddam, diffidationem susceperat, poenas uero metuens, fugerat. Eiusdem nomine debitum hocce exposcit denuo Schierbockius noster, nouaque incolis, fatis quidem temere, minatur pericula; infelici uero successu: a praefecto enim Wendelsteinii Dauide Schemanno ao. 1582. mense April. in uincula coniicitur, in quibus et misere istum periisse credo. Remoto uero successit

III.) *M. Zabelins*, uir pius, doctus et meliori fato dignus. Magnum enim Rotlebiae et periculosum ao. 1584. mense Mai. oritur incendium, quod paucis horis una cum quadraginta aedificiis deuorat et pastoris nostri domum, in eaque duos infantes. O miseram faciem! Prae luctu et tristitia tertio die post moritur quoque moestissimus pater: id quod et indicant uersus ad parochiae introitum adhuc conspicui:

Imperio

Imperio Comitis Gvilhelmi structa tremendos
 Post cineres domus haec sit sacra, Christe, tibi.
 In luctu moritur Zabelius; inde professus
 Hic est Flaminius verba verenda Dei. A. 1585.

Exceptit itaque Zabelium

IV.) *Johannes Flaminius*, Cantor antea Francohusanus, anno scilicet 1580. post uero per anni spatium ludi moderator s. Rector ibidem anno nempe 1582. Ad Segensem enim uocatur pastorum; dehinc uero ad Rotlebiensem a. 1584. quo defuncto pastoris munere functus est

V.) *Henricus Simon Cellarius*, felicissimus celeberrimorum filiorum et nepotum pater auusque. Ipse tamen misere cum omnibus suis domesticis adhuc praesentibus cruenta peste (quae Francohusi quoque mille fere diremit homines,) 1636. Rotlebiae periit: quem sequutus est postea

VI.) *Johannes Schuder*, qui ob bellum tricennale sacra simul administravit Gellingensia, et hinc multas expertus est calamitates: in tristia enim et funesta incidit tempora, quae mortem maturant: moritur enim a. 1658. d. 5. Jul. et hinc sequenti anno 1659. Rotlebiensibus praeficitur sacris

VII.) *Johannes Adam. Stelzfus*, Rudolstadtensis, qui de anno 1652. ad annum praedictum usque Quartus Scholae Francohusanae Collega et per quadraginta annos, et quod excurrit, pastor Rotlebiae fuit. Ut emeritus enim 1700. d. 10. Ianuar. demum obiit. Sibi quidem uiuenti substitui passus est 1689. filium

VIII.) *Christophorum Gottlieb Stelzfus*, ast hic praemature, ordine mortalitatis inuerso, ante patrem d. 17. Sept. 1696.

1696. annum agens trigefimum sextum, diem obiit supremum: et hinc de nouo seniori Stelzfusio anno fequenti 1697. adiungitur

VIII.) *Christianus Gothofred. Schuder*, Gellingenfis, Ioh. Schuderi nepos. Pastor antea Wolckramshufae, ubi uero cum nobilibus perpetuas excitauit rixas: ideo uocatur huc et, mortuo Stelzfusio, pastor fit ao 1700. d. 10. Sept. munerique sacro praeft ad annum usque 1723. quo defuit eſſe in uiuis, eique ſuceſſit


X.) *M. Chriſtoph. Henr. Schincke*, qui adhuc in uiuis eſt: ob uires uero proſtratas muneri non ipſe praeſt, ſed ſubſtitutum habet

XI.) *Dn. Job. Anton. Kirſch*, Oldislebienſem, anno praeterito heic conſtitutum, qui omni, qua decet, integritate animi diligentiaque indefeſſa oues Chriſti paſcit, laetusque nobiſcum hodie *Natalem hunc Diem* pientiffimis celebrabit uotis;

Nec ab eo ſolum hoc pietas poſtulat, ſed ab omnibus quoque iis, qui patriae reiſque publicae bene cupiunt. Quotieſcunque enim exoptatiſſimus hic redit dies, *Vir Perilluſtris atque Excellentiſſime*, toties quoque non ſine magno gaudio memores ſumus egregiorum beneficiarum, per TE nobis exhibitorum. Saepius itaque reuertaris, o laetiſſime dies! Frequentiſſime redeas, opro. Et, ſi preces Auguſti, pro ſe ipſo fuſas, hic adplicare liceat, immortalẽ Deum oro precorque. ut *TIBI, Mecoenas aeternum Colende*, quantumcunque ſupereſt temporis (utinam uero ſit longiſſimum) id ſaluis nobis traducere liceat in feliciffimo Principis ſtatu.

500
489
200
100
12





Kapsel 78 M 434 [5]

ULB Halle 3
007 456 190




1018

K



Handwritten text on a label: *Handwritten, 1748.*





ATALI DIE
 PERILLVSTRIS
 ATQVE
 ELLENTISSIMI
 OMINI
 II FRIDERICI
 BEVLWIZ,
 FAE ROTLEBIAE,
 LOEHMAE, MVNSCHWIZ
 CET.
 CIPISCHWARZBURG. RVDOL-
 IS INTIMIS, CANCELLARII SPLEN-
 DIS AC DIRECTORIS CONSILIORVM PV-
 VISSIMI, ITEMQVE HERINGENSIS ET
 RGENSIS DIOECETAE MVLTO
 SPECTABILIS CET.
 IX. IANVAR. MDCCXLII.
 FELICITERQVE REDEVNTE,
 CONGRATVLATVRVS
 EBIAM SACRAM
 PRAEFATVR
 FRIDERICVS MÜLDENER,
 DVOCATVS SCHWARZBURG.
 FRANCOVSAE,
 TTERIS KEILIANIS

Handwritten signature

